

pletus suum regalem thronum, in quo iura dabat, ac regia dignitate fulgebat, tali modo, ac forma fabricauit, ut per gradus, per quos fiebat ascensus, essent leuiculi hinc, & inde? Unde de eo dicitur: Non est factum tale opus in uniuersis regnis. Voluit sapiens Rex denotare, quod ad sellam regiam non ascenditur, nisi multo luctamine, ac certamine cum Leonibus, multis nempe aduersitatibus, ac contradictionibus insurgentibus, quæ hominem volunt dilaniare, ac veluti in frustra cedere, quas necesse est veluti conculcare, ac superare, ut ad regni thronum eueharis.

Post uniuersi orbis opificium, ait textus: Requiemus deus die septimo, ab uniuerso opere, quod parat, Genes. 2. num. 2. Deusne similis est opifici, qui defessus diurno labore, opus habet requie? Minime. Cur ergo dicitur deus requiescere, cum fatigauerit non sit? Non ergo scribitur, quod requiescit deus, tanquam fatigatus, sed pro nostro documento, quod ille, qui die septimo, Sabbatho nempe gloriæ vult requiescere in æterna gloria, prius debet præmittere operationem, ut mereatur gaudere in perpetua felicitate. Origenes lib. 6. contra Cellum: Nescit, ait, quisquam sit ille, post sex dies à mundo condito secutus dies Sabbati, in quo cuncti, qui sex illis diebus opera sua perfecerunt, nihil eorum prætermiserunt, que pertinent ad suum officium, cum deo feriantur ascendentes ad spectacula, & iustorum, & beatorum celebratam, quasi diceret, qui bene operantur. Vide supra cap. 19. num. 12. & 13.

QVÆSTIO XI.

Quare petentibus regnum Christus calicem offert?

81. ATIS vulgare, & notum Christi mortem in Scriptura calicem nuncupari: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo, Psal. 115. n. 4. Alij legunt: Calicem salutarium. D. Hieron. Calicem Iesus accipiam. Et Christus ait in hortu: Pater mi, si possibile est transeat à me calix iste, Matth. 26. num. 39. Psal. 22. n. 5. Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quam præclarus est. Frequenter in sacro textu mors, & interitus per calicem denotatur, Psal. 51. n. 17. & 74. num. 9. Jerem. 25. num. 15. & cap. 51. n. 7. Thren. 4. n. 4. Ezech. 23. 31. & c.

82. Cur autem passio, & mors calix dicatur difficultas est. Et ratio mihi verisimilior videtur mortem sic dictam, quia amara potio fuerit Christo, sicque extiterit martyribus, licet tamen illis salutifera, breuique tempore, quemadmodum calix bibitur, & transit. Secundò, dicunt Maldonatus, Lucas Burgens. Cornel. & alij, mortem dici calicem, quia olim damnatis ad mortem solebat poculum veneno plenum porrigi, ut datum est Socrati ab Atheniensibus, sed hic mos non erat apud Iudæos, non enim solebant ipsi veneno aliquem vita priuare.

83. Tertid. Theophylact. Poculum, ait, suam mortem declarans, quod ipse suauiter accedat ad mortem, sicut qui poculum bibens, statim dormit grauatus. Pro multa suauitate, quam Dominus in sua morte percepit, calici ipsa comparatur, qui enim calicem bibunt, suauiter delectati dormiunt, & requiescunt. Vide supra cap. 6. n. 36. cap. 8. n. 45. cap. 14. n. 111.

84. Quartò, Maldon. Cornel. & alij interpretes re-

ferunt aliam fuisse in Scripturis metaphoram calicis ex vetere deductam more, quo inter Iudæos Patrifamilias, aut quisquis in consuetudo honoratissimus erat, vinum pro suo arbitrio temperabat, & unicuique comua alij plus, alij minus distribuabat. Itaque alijs melior, alijs peior portio contingebat. Petentibus ergo Apostolis primas regni sedes satis difficile examen proponit Christus, potestis bibere calicem? ut nempe ad alterius voluntatem se submittant, & componant, & non pro suo nutu, sed pro alterius voluntatis arbitrio portionem deteriorum, vel maiorem bibant, & gustent, & adeo est durum, & acerbum ab alieno nutu penderè, & alterius arbitrio regi, ut Dominicæ passioni assimiletur, sitque morum examen ad primas sedes in Christi regno obtinendas. Instruens nos Christus orate, docet nos ut dicamus: Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, Matth. 6. n. 9. Quid est, quod dum postulat aduentum regni Dei, statim subditur, fiat voluntas tua? Hæc nempe petitio ad præcedentem spectat; pretio enim nostræ abnegatæ voluntatis, Dei regnum mercatur, & renuntiata propria voluntate regni dilatio comparatur. Vide sub hac petitione, fiat voluntas tua, martyrium, imò sæpe repetitum martyrium auguratur. Clem. Alexand. lib. 4. Strom. cap. 4. Quicumque seruatoris mandata exequuntur, in unaquaque actione sunt martyres. Subiectio, ac conformitas ad Dei voluntatem martyres creat, & generat. Vide supra cap. 25. n. 24. & 25.

Quintò, Ex Montano Lorin. citandus, & P. Velasq. in cap. 2. ad Philipp. v. 6. annot. 5. n. 8. Qui sic interpretantur hæc verba, Potestis bibere calicem? alludit ad antiquum morem, ad quem respicit David Psal. 115. n. 5. Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. Solebant antiqui hereditarium pactum epulæ, atque poculi communicatione celebrare, sicque calicis participatione hæredem instituebant; cum ergo ait Christus: potestis bibere calicem, id est ac si dicat: Animaduertite non purè, sed sub conditione crucis, ac mortis ferendæ hereditatem regni mei vobis, esse deferendâ communicatione nempe calicis passionis meæ, quem ego bibiturus sum. Ac proinde sub his verbis idem subest sensus, ac in illis verbis apud Luc. 22. n. 29. Ego dispono vobis, sicut disposui mihi Pater meus regnum. Ut sicut ego regnum per mortem obtineo, sic & vos habebitis.

Ait Paulus Rom. 8. n. 17. ad suos discipulos: Heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Magnam explicat dignitatem nos simul esse cum Christo heredes constitutos. Tanta tamen dignitas nobis absolute defertur: Minime, sed sub certa conditione, ac lege, nempe; Coheredes, si compatimur: si cruci, ac morti Christi conformamur, ut cum ipso conglorificemur. D. Chrysof. ibi: Non enim relinquit nobis hereditatem purè, sed sub quadam conditione: quam autem ea est? Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus.

Ait Deus ad Abraham: Erit pactum meum in carne vestra in sædus æternum, Gen. 17. n. 13. Legit ibi Origenes: Erit testamentum meum in carne vestra. Sed quomodo Christi testamentum, quo nobis relinquit hereditatem, ut æternæ felicitatis pignus erit in carne nostra? Respondet ipse Origen. Quomodo erit testamentum Christi super carnem meam requiro? Si mortificauero membra mea, que sunt super terram, testamentum Christi habeo super carnem meam, si semper mortem Christi in corpore meo circumsera, testamentum Christi est in corpore meo. Sextò,

81. Sextò, Basilus Seleucus orat. 24. Mater, ait, regnum postulatuerat, obtentu facile arbitrata. Christus Dominus regni acquirendi modum docebat: thronus laborum fructus est, & munus rogarionis: via est passio, labores pro regione suscepti, regnum merentur. Mulier petierat regnum, nexu sanguinis, ac propinquitatis existimans facile consequutur; Christus verò calicem suæ passionis porrigit; quid tamen habet calix cum regno? In calice ostendebatur via facilissime obtinendi regnum, ac illius sedes: Via est passio, labores pro religione suscepti regnum merentur.

89. Anima sancta Christi amore vulnerata per ciuitatem vagans diligenter per vicos, & plateas ipsum querebat; tandem in custodes ciuitatis incidit, de quibus sic ait: Inuenerunt me custodes, qui circumueniunt ciuitatem: percusserunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum, Cantic. 5. num. 7. Hos custodes esse Angelos sanctos animarum custodes docent D. Gregorius Nyssenus, D. Ambrosius citandi. Tres Patres, Pselius, & alij, statim se obicit grauis difficultas, quomodo fieri potest, ut Angeli cælestes animam sanctam Deum quærentem, à pallio suo expolliuerint, & insuper eam percusserint, ac vulnerauerint? Ut ostenderent eam viam, per quam ad Deum venire, ac accedere valebat, pallium, ac diuitias auferunt, corpùq; mortificatione premunt, ut hac via Deum inuenire, ac habere mereatur. D. Gregor. Nyssen. homil. 12. Auferunt, ait, à custodibus pallium, ut pulchritudo desiderata videatur: percuntur anima, ut viuificentur. D. Ambrosius lib. de Isaac cap. 6. Angeli, ait, percusserunt eam, ut amplius probauerent: exerceatur enim anima tentationibus. Tulerunt ei pallium, quærentes, si verum decorem nude virtutis afferret. Ut anima Deum habeat necesse est, ut terrena bona abiciat, ieiunio maceretur, & caro cilicio affligatur, ac totum corpus verberibus cadatur, & multis tentationibus probetur. Vide ait Gillibertus Abbas serm. 45. Non est querela, sed gloria vox ista, qua dicit, percusserunt me, tulerunt pallium meum. Vox est veluti gratificantis bona sibi illata.

90. D. Math. D. Marc. Caietan. Mortis consideratio dura, ac ipsa mors. Gueuara.

QVÆSTIO XII.

Quare suis discipulis non solum proponit Dominus calicem, sed etiam addidit, quem ego bibiturus sum?

87. Christus hereditas cum mortificatione Messia crucis. Origenes. D. Math. D. Marc. Caietan. Mortis consideratio dura, ac ipsa mors. Gueuara.

seruat. 3. n. 20. Quæstio præfens est, quare Christus addidit, quem bibiturus sum.

Respondet D. Chrysofomus homil. 66. Alliciens, inquit, quem ego bibiturus sum, ut communicatione laborum cum ipso promptiores redderentur. Valde signanter ait Dominus: quem bibiturus sum; ut ait sanctus Doctor alliciens; nam calix passionis propositus, ut communis Dei filio, & nobis maxime illa laborum communicatio nos allicit, prouocat, ac inducit, ut illum appetamus, ac cum multo gaudio ad illum curramus; ex considerata passione nostri ducis, nostra passio fit leuis, & leuis, ut communicatione laborum promptiores redderentur. Unde ait S. Augustinus in manuali cap. 22. Nihil tam amarum ad mortem est, quod morte Christi non sanctetur. Ex aspectu crucis Christi omnia acerbata, ac dura, leuia, & facilia redduntur.

Tempore sacratissima passionis milites plerentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, Matth. 27. num. 28. omnia ex alto Dei consilio, ac diuina permissione proueniebant. Ad quid caput Christi spinis circumcingitur, ac vulneratur? In peccati pœnam dictum fuerat primo parenti spinas, & tribulos germinabit tibi, Genes. 3. num. 18. scilicet terra. Ne ergo huiusmodi vepres grauius nos lædant, & percussant, Christus suo cerebro huiusmodi stimulos suscipit, ac recipit, ut ipso aculeos emolliat, suaues, ac leues reddat. Tertullianus lib. de corona militis cap. 14. Abstulit, ait, virtus crucis omnes aculeos mortis, in Dominici capitis tolerancia obrundens. Christus suis spinis, leues, ac dulces hominibus reddidit cunctos tribulationum, ac dolorum aculeos. Quis enim aspiciens meum Iesum flagitis cæsum, clausi fixum, & cruce turpatum, morsus, ac dolores suæ crucis non strenuè, ac fortiter ferat? ex Dominique aspectu omnia mitefcunt, ac leuia fiunt.

Ait Christus Dominus suis discipulis: Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit, Ioan. 15. num. 18. Contra mundi odium, eiusque persecutiones armat Dominus suos discipulos. Quibus armis eos munit? Scitote, quia me priorem odio habuit: attento, ac considerato odio erga Christum animosè, ac leuiter tolerandum est odium mundi erga nos prolatum. D. Paulinus epistol. 27. O beata iniuria, ait, displiceri cum Christo; magis nobis timendus est amor calium, quibus sine Christo placetur.

QVÆSTIO XIII.

Quare mors Christi sub Baptismo significatur?

84. D. Hieron. Arabicus. D. Hieronimus sic introducit Angelos loquentes: Nunc scire volumus, quare vestimenta tua sint velut musto tincta.

Primò, suam ergo passionem, quam prius Dominus vocauerat calicem, nunc alia meta; nota baptismum appellat, quia ut explicant Origenes, Chrysof. Theophylact. Beda, & alij. Christus in

91. Chrysof.

Cruce Christi omnis labor noster emolliatur.

August.

92. Matth. 27.

Genes. 3.

Tertullian.

Omne nostrum labor Christi passio emolliat.

93.

Ioan. 15. Ex considerato odio Christi labor, labor noster mittitur.

D. Paulin.

94. Marc. 10. Arabicus.

95. Origenes. Chrysof. Theophyl. Beda.



VERSIONES.

fua passione sub multitudine aquarum tribulationum, ac poenarum totus immersus, ac submersus est. Tropus est autem familiaris David, per submersionem aquarum, abundantiam tribulationum, ac dolorum declarate. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me, Psalm. 68. num. 3.

Psalm. 68.

96. Euthym.

Mors suavis Christo.

97. Imperfect.

Morte Christi homines splendore gratia nobilitantur.

98. Chrysol.

Regeneratus Christi gratia ascendit in caelum.

99.

4. Reg. 2.

Elias transiit Jordanis aprior ad caelum.

Secundò. Responderet Euthymius, sic ait: Poculum, & baptismum vocat eadem: poculum quidem, ut pote lato animo pro hominibus susceptum: baptismum vero, tanquam purificationem ipsorum. Dominus dicit suam mortem poculum, & baptismum; poculum propter suavitatem, & dulcedinem, quam gustavit in ipsa, cum esset pro hominum salute; baptismum verò dicit, cum esset pro illorum purificatione, ac munditie.

Tertiò. Imperfectus homil. 35. in Matth. Baptismum, ait, est ipsa mors; dictum est autem baptismum, secundum similitudinem lanae tinete. Sicut enim lana tingitur naturalem habens colorem, ut coloretur purpura, aut alicuius accipiat dignitatem, sic & nos in morte seminamur in ignobilitate, resurgimus in gloria. Mortem suam vocat Dominus baptismum, siue tincturam, ut legit Arabicus; sicut enim tinctura, lanas, quas accipit rudes, contemptibiles, ac indignas aspectu, eas reddit valde conspicuas, rutilas, ac multo splendore præclaras, magnòque pretio æstimabiles: sic cum ante Christi mortem homines essent rudes, ac contemptibiles moribus, peccato, ac sine vilo pretio, tamen Christi morte interueniente maxime homines splendore gratiæ, ac cælestium donorum sunt nobilitati, maximeque æstimabiles, ut pote pretioso Christi sanguine empti.

Quartò. D. Petrus Chryzologus serm. de filij Zebedæi. Mors Christi comparatur submersioni in aqua, ait: Propter resurrectionis facilitatem. Ut enim qui baptizantur, ex aqua multa cum facilitate ascendunt, ab aquarum natura nihil impedit: sic & ille cum in mortem descendisset, multa facilitate ascendit. Quod immersum est aqua facillimè ab ipsa aqua extrahitur, natura aquarum non impediende, sed potius adiuuante, ac impellente, sic etiam qui Christi baptismo, ac aqua abluuntur, hoc gratia ab illius fontibus regeneratur, ipsa cælestis aqua, ac diuina gratia eum facit salire, ac ascendere in vitam æternam.

Cum subleuandus esset in caelum Pater meus Elias, ipse cum Elifæo ad ripas Iordanis venerant: Tulitq. Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, que diuisæ sunt in vtramque partem, & transferunt ambo per sicum. Deinde sequitur: Cum pergerent incedentes, & sermocinarentur: Ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque, & ascendit Elias per turbinem in caelum, 4. Regum 2. num. 8. Ad quid, ut Elias ascendat in caelum tanto miraculo per aquas in Iordanis? Nunquid aquæ Iordanis aliquid contulerunt, ut raperetur in caelum? Origenes in cap. 1. Ioan. Aprior, ait, ad raptum factus est, postquam ablatus est Iordane. Aquæ Iordanis Christi baptisma præfigurabant, per quod cum Elias transiit, statim aptus fit, ut ascendat, ac rapiatur in paradysum.

Matth. 20. Ait illis: Calicem meum bibetis: federe autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.

Syriacus: Quibus subdit, calicem meum bibetis: & baptizate, quo ego baptizor, baptizabimini, ut federeatis.

Tertull. lib. de Assistere autem ad dexteram, vel sinistram meam. Variab. Euth. Sedere autem mihi à dextra, & sinistra, non est meum dare, sed iis contingit, quibus est paratum à Patre meo.

Arabicus. Et tinctura mea tingemini, federe autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus splendide præparauit eis Pater meus cælestis.

Marc. 10. Iesus autem ait eis: calicem quidem, quem ego bibo, bibetis; & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini.

Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est.

EXPOSITIO IV.



ALICEM meum bibetis, mortem, ac passionem aliquantulum meam morti, ac passioni similem gustabit, ut explicat Carthusianus, Albertus Magnus: Donauit nobis

victoriam passionis, & hereditatem crucis, ut ait D. Ambrosius lib. 5. de fide, cap. 2. D. Marcus, ac Græca exemplaria habent, & baptismo, quo baptizor, baptizari, quod iam est explicatum. Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis. Sic respondet, ait D. Thomas ad petitionem gloriæ, quia si Dominus dixisset, dabo vobis, tristati essent alij: si negasset, ipsi effecti essent tristes; & ait, non est meum dare vobis postulantis iure sanguinis, propinquitatis, ac familiaritatis, ut explicat D. Ambrosius, & alij Patres infra quæst. 15. citandi, sed quibus paratum est à Patre meo. Ut homo in hominibus se Patri submittit, cui omnia sua refert. Quibus præparata est à Patre meo. Interpretatur Euthymius, Petrus, & Paulo nempe. D. Hilarius Moyli, & Eliæ, qui in transfiguratione cum Christo apparuerunt. Strictissime rem explicat Chrysostomus. Quibus, id est, nullis, quia nemo, ait, potest assurgere ad dexteram Christi, ut pote, quia ipse solus sedet ad dexteram Dei Patris. Huiusmodi autem interpretationes sunt multum strictæ. Generatim ergo accipiendum est, Christus loquitur de prædestinatis, ac electis ad gloriam, quibus à Patre suo præparata sunt cælestes sedes.

QVA

QVÆSTIO XIV.

Quomodo Iacobus, & Ioannes calicem Domini biberint, quem, ut à se transiret, Dominus in Horto postulauit?

101. Prompta obedientia.

Basil.

102. Iacobus, ac Ioannes calicem biberunt. Abulens. Actor. 12.

Hieron.

Beda. Paschal.

103. Ioannes amore quodammodo Martyr.

104.

Matth. 26. Calix à manu inimici recusat, ut ab amico accipiat.

3. Reg. 19.

VM Christus Dominus dixisset: Calicem meum bibetis. Non sunt discipuli tristati, nec conturbati, sed multa, ac prompta obedientia colla submitunt, & multo magis exultant, ac latantur, quam si postulata accepissent. D. Basil. in confit. Monast. cap. 23. His auditis, ait, submissa mentis ceruice obedientia iugum subierunt, alacrique animo in pericula, in contumelias, in cruce, in variis necesse processere. Gaudebant enim, quod digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Ad quæstionem dicimus, quod ambo hi duo fratres Iacobus, & Ioannes Calicem Domini biberunt, id est, pro eo passi sunt martyria, ut ait Abulens. quæst. 79. Ambo tamen vitam in martyrio non finierunt, sed solus Iacobus, qui occisus est ab Herode, Actor. 12. Ioannes verò quamuis propria morte obierit, dicitur tamen bibisse calicem, quia pro Christo in feruentis olei dolium missus est, & ita martyrio se exposuit, licet gladius persecutoris defuerit. D. Hieron. hic: Si legamus Ecclesiasticas historias, in quibus fertur, quod ipse pro martyrio sit missus in feruentis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit: statimque relegatus in Patmos insulam sit: videbimus martyrio animum non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Idem etiam docent Beda, D. Paschal. lib. 9. in Matth.

Ioannes etiam singulare quoddam martyrium sustinuit, dum in monte Caluarie cum B. Virgine Christo crucifixo astans, vidit suum Iesum, quem plusquam vitam suam amabat, acerbissimos crucis dolores per tres continuas horas sustinere; clauis enim illi, ac lancea magis penetrabant, ac transigebant animum eius, quam si ferrum pertransisset corpus eius. Vnde multi affirmant, quod illis visis tormentis, fuisset Ioannes mortuus, nisi Christus per miraculum ei vitam seruasset. Confirmatur, quia ob huiusmodi dolores in Christi passione Virgo sanctissima dicitur à Sanctis Patribus Martyr, & plusquam Martyr, ut dixi tom. 1. lib. 2. cap. 6. quæst. 11. n. 47. Ergo etiam suo modo, ac similitudine quadam Ioannes ob suum intimum amorem in Christum potest quodammodo Martyr dici.

Ad calicem tamen huius quæstionis inquiri, cur Christus sic in præsentem bibendum calicem suum suis discipulis proponit, cum tamen in Horto, Patrem exorat, ut à se transeat? Pater mihi passibile est transeat à me calix iste, Matth. 26. num. 39. Perpende, quod calix à manu inimicorum recusat: Si possibile est, transeat à me. E manu verò amici, ac magistri, prompto animo accipitur; inde dicunt: Possimus. Cum audisset Patris mens Elias, quod Iezabel mortem ei minabatur, timuit, & fugit in desertum, 3. Reg. 19. n. 5. Timuit Elias, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas. Postea verò sedens sub umbra iuniperi: Petiuit anime sua, ut moreretur, ibidem n. 4. Sanctus Propheta è manu crudelis mulieris, ac

infestissima mortem recusat, è manu verò omnipotentis Dei appetit, & prompto animo vult recipere. Rabbanus relatus in Glossa: Timore percussus, ait, de manu mulieris mortem fugit, de manu Dei mortem petiit.

QVÆSTIO XV.

Quare Christus Dominus, cui Pater omnia dedit in manibus, ait tamen his Apostolis, Non est meum dare vobis?

LIAM particulam, vobis, non legunt Græcus, Syriacus, & Arabicus, nec illam ponunt Græci Auctores, Chrysostomus, Theophyl. Euthym. Tamen Latini, Romani codices, ac Patres illam habent. Quæstio præsens est, quomodo Christus Dominus, ait: Non est meum dare vobis, cuiusnam Patris? Omnia ei dedit Pater in manus, Ioan. 13. num. 3. Ergo si genitor habet potestatem, ut faciat, habet & Gnarus, cum omnia, quæ sunt Patris, in manus filij dederit ipse Pater. Ad quæstionem

Respondet primò D. Ambrosius lib. 5. de fide c. 2. Non dixit Dominus, ait, non est meum dare, sed non est meum dare vobis, non sibi potestatem dedisse asserens, sed meritum creaturis. D. Basilus Seleuc. orat. 24. Non est meum, ait, dare: cur? Quia remuneratio accipientis meritum consequitur, non solam facultatem dantis: thronus laborum premium est, non ambitionis donum gratuitum; nudam postulatiorem datio consequitur; monstra meritum tuum, & meam intueri potestatem. Postulabant fratres primas sedes nexu sanguinis, ac propinquitatis, Christus Dominus, qui omnium iudex erat constitutus, ait: Non est meum dare vobis, huiusmodi respectu, ac mortuo, sed meritum interuentu, monstra meritum tuum, & meam intueri potestatem. Non enim desides, ac otiosi hic aliquid possunt habere, ac expectare, sed solum laborantes, ac operantes, Thronus laborum premium est. D. Casar. Nazianzeni frater: Non est nostrum, ait, dare temerè, ac deprauare, quod iustum est. Iusti enim iudicis est, unicuique pro dignitate meriti tribuere, non negligere laborantes, ac ignaui aliquid largiri. Proinde, si thronos amatis, nolite ignorare certamina.

Secundò. D. Hieron. Non est, ait, acceptio personarum apud Deum; sed quicumque talem se præbuerit, ut regno cælorum dignus fiat, hic accipiet, quod non persona, sed vita paratum est. Quod etiam docent D. Augustin. in Psal. 126. & hic Euthym. & alij communiter. Iustus est enim Dominus, & non acceptor personarum, dat enim primam sedem, non pro affectu, sed pro meritis. Vnde eleganter ait D. Chrysol. His paratur primatus, qui per opera possunt fieri primi.

Tertiò. D. August. loco proximè citato: Non est meum, ait, dare vobis superbis. Prius humiliamini, qui iam vultis exaltari. D. Remigius: Non est meum, ait, dare vobis, id est, superbis; quales vos estis, sed humilibus. Idem habent Beda, & D. Paschal. Innocentius Tertius Summus Pontifex, lib. 2. de contemp. Mundi cap. 35. Non est meum dare vobis, quasi diceret, meum quidem est dare: sed non vobis, id est, ambitiosis, quales vos estis. D. Cyrillus Alexandri. lib. 10. Theaur. cap. 5. Inani gloria mori à dextris, & à sinistris meis sedere

OOO 4 concu